



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 41. Angli a Delphino obsidionem solvere compulsi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A C. 1442.

glici exercitus Dux, Concho urbe pactis conditionibus capta, Deppæ obsidionem aggreditur, ac primo impetu Polletam, amplum suburbium versus Havream occupat, erectoque ibidem aggere, mortaria, Colubrina, & ducenta omnis generis tormenta collocat, Polletæ turrim dejecturus. Sub idem tempus Dunensis Comes cum copiis suis in vigilia Sancti Andreæ ad urbem se contulit, cumque præsidarii numero admodum diminuti essent, ad urbem octingentorum, aut ferme nongentorum Virorum subsidium introduxit, quo obsessi animos ceperunt, ac strenue sub auspiciis Caroli Demaresii Nobilis Scutarii pugnarunt. Altero seu tertio die Comes Dunensis urbem egressus, tam instanter a Rege subsidiarias copias submittipetiit, ut hic mense Martio anni sequentis Britannia Scutarium, nomine Theobaldum de Civibus, Guilielmum Ricervillam regium annonæ Præfectum, unacum centum armatis decreverit, qui præsidiariorum vires augerent.

§. XLI.

Angli a Delphino obsidionem solvere compulsi.

Asst cum hæ suppetiæ oppugnantium potentia impares essent, Galli prælium experiri decernebant, ut saltem hac ratione

ratione Anglos ad solvendam obsidionem compellerent. Ergo ipsemet Delphinus eo se confert, & selectas Regii exercitus copias ducens, die dominica, quæ Festum Beatæ Virginis assumptæ præcefferat, mense Augusto ad munimentum Anglorum progreditur, ubi in hostium suorum conspectu castra posuit, Feria autem quarta sequenti classicum canere iussit. Acre pertinaxque certamen utrinque commissum est, donec tandem Galli expugnato urbis munimento Anglos inde propulsarent, omnibusque transfugis, qui natione Galli erant, suspendio multatis ceteros secum captos abstraherent. Facta hujus munimenti expugnatione Angli obsidionem solvere coacti sunt, & Delphinus urbem ingressus, tam Praesidiario militi, quam oppidanis invictam eorum magnitudinem gratulabatur, demum victoriis ac gloria plenus ad Regem, qui tunc Salmurii degebat, revertebatur. Hæc prospere gesta fuere anno salutis millesimo quadringentissimo quadragésimo tertio.

§. XLII.

Julianus Cardinalis Legatus in Hungariam ab Eugenio Papa decretus.

Deppa urbe nondum occupata, jam in-
eunte hoc anno Eugenius Papa Ju-
lianum Cardinalem in Hungariam misit,
Hist. Eccles. Tom. XXVIII. D tum

Sæcul. XV.
A. C. 1442.

An. 1442
Bonfin. 3.
dec. 4. & 5.
Crom. l. 21.